T. BRAHE

Jac. Ulfeldio.

1584.

Early European Books, Copyright © 2010 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of the Royal Library, Copenhagen.
LN 426 2°




Early European Books, Copyright © 2010 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of the Royal Library, Copenhagen.
LN 426 2°


Early European Books, Copyright © 2010 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of the Royal Library, Copenhagen.
LN 426 2°



Early European Books, Copyright © 2010 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of the Royal Library, Copenhagen.
LN 426 2°



Early European Books, Copyright © 2010 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of the Royal Library, Copenhagen.
LN 426 2°



Early European Books, Copyright © 2010 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of the Royal Library, Copenhagen.
LN 426 2°

46,-219.

Box

LN 426

M

BIBLIOTHECA REGIA HAFNIENSIS

Early European Books, Copyright © 2010 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of the Royal Library, Copenhagen.
LN 426 2°

Early European Books, Copyright © 2010 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of the Royal Library, Copenhagen.
LN 426 2°

Early European Books, Copyright © 2010 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of the Royal Library, Copenhagen.
LN 426 2°

NOBILITATE INGENII GENERISQVE VIRO INPRIMIS CONSPICVO, D. IACOBO VLFELDIO DOMINO DE VLFELSHOLM AMICO SVO PLVRIMVM COLENDO

S. D.

Dum mea FALCHONEM *petis altera Littera* GOTVM,
Altera vis, LANGVS *non vt* ERICVS *Amet:*
Nullanè Doctiloqui venies ſub tecta IACOBI*?*
VLFELDVM*que Elegis Littera nulla petas?*
ILLE *tibi quamuis, ſuperatis obuius vndis,*
Qui ſicco excipiet littore, primus adeſt.
Jmò adeundus erit, properes mea Muſa, ſalutes;
Proximus eſtq; viæ, nec remoratur iter.
Is ſincero etiam, nobis noſtriſq; Camœnis,
Corde fauet, quare Is prætereundus erit?
Nec minus, ac FALCHO *Studiis incumbit Honeſtis,*
Fortè nec ille minus, quam vel ERICVS *Amat,*
Siue Studet, vel Amat, vel agat ſi forſan vtrumq;,
Tecum in vtroq;, ipſum quod recreabit, habes.
Tu modò, FALCHONI *quod miſimus, & quod* ERICO
Huic lege, dic, pariter ſcripta IACOBE *tibi:*
Nomina ſi mutes, veſtris res omnibus vna
Conueniens Studiis, quæq; iuuabit, ineſt.
At ſi fortè roget, venias cur preſſa labore,
Curq; ſies nulla Littera ſcripta manu;
Hæc referes: totum quæ nunc expulſa per Orbem
VRANIA, *Arctoum gaudet adire Solum,*
Jamq; ſibi exigua poſuit Tentoria Huæna,
Qualia vix magno fixit in Orbe prius,
Et, licet ingrato, ſtatuit concredere, Mundo
Quæ peragat ſtudiis, participanda, ſuis.

Early European Books, Copyright © 2010 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of the Royal Library, Copenhagen.
LN 426 2°

Hos igitur Typos fieri curauit, vt omnis
    Illius, his, toto clareat Orbe, Labor.
Rebus at effectis, quia non ſatis ampla Papyrus
    Suppetit, & pretio cedere cogit Hyems;
Jnterea Typos requieſcere noluit, aſt hos
    Ire iubet, quà quis Doctus Amicus adeſt.
Jnter præcipuos cum tu numereris Amicos,
    Artibus & Doctis, Eloquioq; vales,
Nec te, perq; Elegos, per Amicaq; verba, licebat,
    Preſſa etiam Typis, præteriiſſe, nouis:
Preſsius vt domini, qui me miſitq; fauetq;,
    Conſtaret, nouus, at non abolendus Amor.
Sit licet ille nouus, tamen inueteraſcet in æuum,
    Corde magis preſſus, quam mea preſſa nota eſt;
Typus Amicitiæ fictis ſi pingitur Vmbris,
    Vero etiam Typis, vti in Amore licet.
Hæc vbi dicta ſient; velut eſt Vir dignus Honore,
    Obsequium præſta; mox Valedic, & abi.

Datum VRANIBVRGI
ANNO 1584.
7 Kal. Decemb.

Tuus, TYCHO BRAHE.

BIBLIOTHECA REGIA HAFNIENSIS

Early European Books, Copyright © 2010 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of the Royal Library, Copenhagen.
LN 426 2°

Early European Books, Copyright © 2010 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of the Royal Library, Copenhagen.
LN 426 2°

Early European Books, Copyright © 2010 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of the Royal Library, Copenhagen.
LN 426 2°

Early European Books, Copyright © 2010 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of the Royal Library, Copenhagen.
LN 426 2°

Early European Books, Copyright © 2010 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of the Royal Library, Copenhagen.
LN 426 2°

Early European Books, Copyright © 2010 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of the Royal Library, Copenhagen.
LN 426 2°